

notarius comitis Clevensis cupimus esse notum, tenore presencium profitendo, quod nos nuncii certi ad hoc a domino nostro comite predicto deputati recepimus in civitate Spirensi a serenissimo domino nostro domino . . Alberto Romanorum rege semper augusto duo milia marcarum argenti ponderis Coloniensis, de quibus habentes nos vice et nomine dicti domini nostri . comitis pro pagatis, prefatum dominum nostrum Romanorum regem de eisdem quitum penitus proclamamus et proclamari per dicti domini nostri comitis patentes litteras procurabimus cum effectum, apponentes sigilla nostra huic littere manu mei Arnoldi predicti conscripte in testimonium super eo.

Actum et datum Spire, in octava beate Walburgis anno Domini MCCC.

Nur ein Siegelstreifen mit Siegelspuren übrig.

XVII. König Albrecht verspricht dem Bischof von Würzburg, keinen Frieden mit dem Böhmenkönig ohne Einschluss seines ganzen Kriegsschadens zu machen.
1304 Mai 1.¹

Würzburg Kreisarchiv, Liber diversarum formarum I, fol. 331'.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus publice profiteamur, nos ad hoc tenore praesentium obligando, quod super damnis, incommodis seu dispendiis, si qua^a per venerabilem Andr(eam) episcopum Herbipolensem principem nostrum dilectum et suos adiutores regi Bohemiae aut suis adiutoribus et complicitibus quibuscunque durante guerra, quae inter nos et eundem regem vertitur ad praesens, facta fuerint aut illata, nullam cum eodem rege aut suis adiutoribus compositionem seu concordiam ordinabimus aut inibimus, ipso episcopo et suis adiutoribus ac servitoribus praetermissis pariter et exclusis, praesentium testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum.

Dat. apud Nürnberg, Calend. Maii, anno Domini millesimo trecentesimo quarto, regni vero nostri anno sexto.

XVIII. König Heinrich VII. befiehlt dem Raugrafen Georg, alle Burgen, die sein Vater vom Reich innegehabt

a) 'signa' Hs.

1) Ein Aufenthalt des Königs Anfang Mai in Nürnberg ist bisher nicht belegt. Dagegen ist Albrecht Anfang August dort; siehe die Urk. für denselben Empfänger vom 6. Aug., Böhmer, Reg. Albrechts 490.